




Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/312635>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



14.
THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

DANIEL MAXIMILIAAN MARIE D'HANGEST D'YVOY,

e pago de Bilt.

DIE XXVII M. JUNII, A. MDCCCLV, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLV.

TYPIS MANDAVERUNT

L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTENDAM ET FILIUS.

THESES.

I.

Uxor civitatem retinet, licet maritus eam amiserit.

II.

Liberi naturales non agniti, a matre alimenta petere possunt et ei succedunt, maternitate probata.

III.

Heres contra suam aditionem in integrum restitui potest, etiamsi propter dolum extranei hereditatem adiit.

IV.

Locator privilegium in invecta et illata sibi concessum, contra emtorem exercere non prohibetur.

V.

Minus probandum videtur in Cod. nostro, una eademque voce „verjaring” et praescriptionem et usucapionem designari.

VI.

Protestatio fieri debet non unice denegatae solutionis a trassato, sed etiam solutio cambii exigenda est a substitutis quos indossantes trassato dederint, et protestatio apud hos omnes facienda est, ut indossantes conveniri possint.

VII.

Si primus emtor foro cessit, venditor etiam post triginta dies privilegium habet pecuniae a secundo emtore non solutae.

VIII.

In art. 512 Cod. Merc. verba: „behoudens aan laatstgemelde het bewijs van het tegendeel,” non stricte sunt accipienda.

IX.

Ex art. 774. Cod. Merc. etiam jura secundum art. 315 2º. Cod. Merc. inter quadraginta dies ante forocessionem constituta irrita sunt.

X.

Verificatio impugnari nequit eo argumento, quod epistolae creditoribus secundum Cod. Merc. missae non sunt.

XI.

Non probanda mihi videtur sententia Feuerbachii, eum, qui ad mortem damnatum occiderit, homicidii reum non esse.

XII.

Appellandi facultas in causis criminalibus concedenda videtur.

XIII.

Qui iusjurandum ex persuasione religiosa detrectat, nullum inde damnum pati debet.

XIV.

Minus probandum videtur placitum art. 198 legis fundamentalis.

XV.

Prudenter lex nostra fundamentalis legum promulgandarum tempus regi non praefinit.

XVI.

Nulla antinomia inter L. § 1 D, ad legem aquiliam et L. 7 § 4 D. Quod vi aut clam.

XVII.

L. 28 D. de usuris interpolata est.

XVIII.

L. 12 § 1 D. de usu et habitatione, verbis: "et lignis ad usum quotidianum," non obstat L. 22 eod.

XIX.

Ex usurarum per longum tempus praestatione nec usurarum obligatio praesumi debet, neque per praescriptionem acquisitio.

XX.

Usurarum limitatio improbanda est.

